Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Inveni mulierem morte amariorem
hec est voluptas carnis animam separans
a deo que mors est amarior morte cor
porali Cum enim deus melior sit anima
separacio eius erit deterior Item quia secundum
Jeronimum volupta habita famem non
sacietatem parit Augustinus delectacio
presens non saciat preterita non delectat
futura cruciat // Item brevis est volup
tas fornicacionis sed perpetua est pena for
nicatorum Quantum ergo beata maria mo
rabitur in celo tantum anime fornicatorum
cum corpore torquebitur in inferno Ethicus
Nimis brevis est risus quem longa lacrima
mundi Ecclesiastes Non saciabitur oculus visu
nec auris impletur auditu Ecclesiastes dixi
in corde meo vadam et affluam deliciis
et fruer bonis et vidi quod hoc esset vanitas
Item quia multum nocet et multiplicatur
quia sunt occasio infirmitatis ut morte
Seneca voluptatibus maior pars corporum
perit Item corpus suggit varias vo
luptates breves primas et nisi magna
moderacione temperentur eventus contrarios
habituros Item ipse voluptates in tor
menta vertuntur Item quibus hostis in
quo quod tam contumeliosus fuit quam in quo
voluptates sue sunt Et Jo. cassi. in
collacione abbatis que est ultima in hoc colla
cionum . Ipse nobis tormenta fiunt quibus
utimur voluptates et oblectamenta
huius carnis atque delicie carnalis vite
in suum torquentur auctorem // Item ho
minem in servitutem ponit Seneca
voluptatibus se mergit qui in consue
tudinem adductis carere non possunt et
ob hoc miserrimi sunt eo quod pervenitur
quo illa que fuit supervacua facta sunt
necessaria / Voluptas amantibus
se v. iuga supponit scilicet consuetudines
delectacionum que sunt secundum v. sensus luce
xiiii Iuga boum emi quinque Item cor
pus ipsum contumax reddit proverbiorum xxx
qui delicate a puericia nutrit servum
suum ipsum inveniet contumacem Item
quia licet videantur medicamentum facere
ut tamen causa infirmitatis augmentum
Gregorius in morali Ipsum medicamen in
vulnus vertitur quia exquisito remedio
paulo ducimus inhereamus gravius deficiunt
quod prudenter ad refeccionem pavimus // Item
multis impedit salutem luce xiiii uxorem
duxi et ideo non possum venire hec est vo-
luptas carnis que quasi forte glutinum
Item facit obliviones Ecclesiastes iiii Non enim
dabit dierum vite sue eo quod deus occupet
deliciis eius cor Item impeditam sapienciam
reddit Job xxviii Sapiencia non invenitur
in terra suaviter viventium Ipsa quasi hominem
paliticum facit Jere xxxi Usque quo dissol
veris deliciis filia vaga Deutro xxviii
tenera mulier et delicata que super terram
ingredi non valebat ipsa virilitatem au
fert Ysaie xx Erit egiptus quasi mulieres
Seneca epule tarditatem afferunt . Ebri
ositas nervorum corporum et tremores
libidines pedum manuumque et articulorum
omnium depravacionem luce xxi Attendite
ne graventur corda vestra crapula et
ebrietate Et apostolus ad Romanos xiii in fi
et dicit ... v. non mediocriter carnis cu
ram ne feceris in desideriis de hoc xli
di quibus quibus et c. q. dicit et xliiii di
c. i. et c. comessaciones Ista delectacio
est fluvius in quo pharao infernalis
masculos vult proici Exo i. Ipsa est aqua
egipcii in sanguinem versa Exo. i.
Item homines loquaces facit Ipsa est
fluvius ranas ebuliens exodi viii
Item reddit hominem incompacientem ut
patet in divite epulone luc xvi Amos
vi Bibentes vinum in phialis et optimo
unguento delibuti nichil compaciebantur
super contricionem Joseph. // Item privat
deliciis spiritualibus Ber delicata est di
vina consolacione et non datur admitte
tibus alienam Columba aque refugit in
carnalis voluptatis Gen viii Ber lo
quens de illo verbo Nisi ego abiero pa
raclitus non veniet Joh xvi quibus inquit
audeat decetero carnis illecebris in fantas
ticis deditus paraclitum expectare Item
quia in penam eternam commutantur
Apok xviii quantum glorificavit se et in deli
ciis fuit tantum date ei de tormento aque
inferiores i. delectaciones mundi in mare
mortuum descenderunt Josue iii Nam
voluptates temporales ad amaritudinem
eternam perducunt ut est mors sine morte
secundum Augustinum

Sequitur de clemencia

que secundum Tullium est virtus per quam animus
in odium alicuius temeritate concitatus be
nignitate retinetur Seneca Senec